UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Felice p[re]sbytero [et] mar. Cap[itulum]. lxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

iuueni prebētes amplexus: extunc ſanctū eius propoſitum virtutis vtriuſqȝ firmauerūt. Poſt hec ab athenis diſcedens maris tempeſtatē patitur: ſeqȝ deinceps deo ſeruiturū vouens lr̄is diuinis imbuit: ⁊ defuncto patre eidē in nazāzēj pontificiū ſubrogat. ¶ Mortuo aūt imperatore valēte arriano: cuius ſecte gregori⁹ gladio fidei viriliter reſiſtebat: ad conſtantinopolitanā eccleſiā gubernandā aſſumit: vbi p̄clara doctrina floruit ⁊ exemplo. Inter ceteros autem fidei pugiles: quos ſapiētie vberib⁹ enutriuit. Hieronymū ſanctiſſimū almū eccleſie doctorem in diuinis ſtudijs habuit auditorē. Uerum dum perfidorum emulationes ſenſiſſet inuidie contra ſe liuore ſubortas: relicta regia vrbe ad eccl'iam ſuam primā nazanſi um redijt: ibiqȝ doctrine ⁊ orationi intētus vite reſiduū exegit: ibidemqȝ ſepultus. Inde corpus eius cōſtantinopolim p̄ceſſu tp̄is tranſlatum eſt. Quieuit in pace idibus ianuarij tp̄e theodoſij ſenioris. ¶ Hic eloquentiſſim⁹ doctor plures cōpoſuit tractatus: de quibus rufinus Aquileieñ. p̄ſbyter decē ex greco in latinū vertiſſe eloquium aſſerit. Hunc quoqȝ .xxx. miliū verſuū omnia opera ſua cōpoſuiſſe Hieronymus tradit. Ex quib⁹ hec ſunt: De morte fratris ceſarij. Machabeorum laudes. Athanaſij laudes. Laudes Maximi philoſophi: quē librū quidam falſo ironiā vocant: quia extat alius vituperationē eiuſdē maximi continens. nam licuit eūdem laudari ⁊ vituperari p̄ tēpore. Edidit ⁊ librū heroico carmine virginitatis ⁊ nuptiarū contra ſe diſceptantiū. Aduerſus ennoriū duos libros. De ſpūſancto vnum. Contra iulium imperatorē vnū: ⁊ alios plures. Hec Hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Firmino martyre. Cap. lxx.

Firminus martyr ſus fuit tempore paganorū: ſub qua tamen perſecutione vel iudice: aut quibus ſupplicijs interēptus ignotū eſt. Et ſepult⁹ fuit in ambianenſiū ciuitate: locus tamē vbi requieſceret ignorabatur. Tēpore autem ſancti Saluij epiſcopi corpus eiuſdē martyris repertum eſt. Nam cum idem epiſcopus vna cum clero ⁊ populo triduo ad dominū exoraſſet: vt eis corp⁹ ſancti martyris Firmini reuelaret: nimio odore fragrante et lumine immenſo celitus ſuper locū effuſo: defoſſa ibidem humo corpus ſacrum inuentū eſt. Ad quē locū ciuitates charoañ. cenomañ. nouioñ. ⁊ bobacū eodem odore conſperſe ad viſendū corp⁹ martyris concurrerūt: quod ab epiſcopo leuatū ad eccleſiā condigno honore tranſlatū eſt. In cui⁹ tranſlatione glaciale frigus: videlicet mēſe ianuario in eſtum maximū cōuerſum eſt. Arbores nudate ſubito frondes p̄tulerūt ⁊ flores: de q̄bus egri ſumētes ſanabant. Factum eſt autem hoc idibus ianuarij: nam dies paſſionis martyris ſicut ⁊ cetera incognit⁹ eſt vſqȝ in preſens.

¶ De ſctō Uiuētio cōfeſſore. Cap. lxxi.

Uiuentius cōfeſſor ſamaritanis parētibus ⁊ paganis ortus eſt: qui ad p̄dicationem ſancti Georgij apud antiochiam chriſtū annūciantis conuerſus eſt tempore ↄſtantini imperatoris. Deinde ſacerdos factus: monit⁹ ab angelo theſſalonicam venit: vbi idola Dariani preſidis ſigno crucis edito contriuit. Filiamqȝ eiuſdem eupatronam nomine a demonio liberauit: ⁊ cum docentis baptizauit. Poſt hoc cum ſancto benedicto epiſcopo romam perrexit: quibus dum in via cibaria defeciſſent: piſcis eis de mari in litus proſiliuit qui per hebdomadam illis ſuffecit. Quos etiā beatus hilarius pictauieñ. epiſcopus rediens ab exilio: obuios habuit: ⁊ ſecum diu viuētium retinuit. ¶ Hic aliquādo in ſex latrones incidit eum perimere volentes: quorum vnus ſe gladio tranſuerberauit: ſecūdus ad quercū ſe ſuſpendit: tertius arreptus a diabolo expirauit: quartus oculos amiſit: quintus rabie manus et brachia dētibus lacerauit: ſext⁹ ſe in mare precipitauit. Et cū eēt btūs viuentius annorū .cxx. in pace occubuit apud caſtrum grauiorem idibus ianuarij. Cui⁹ corpus ſanctus Maxentius abbas ibidem tumulauit. inde poſtea tranſlatum in montem vertiacū: vt dicit frater vincentius.

¶ De ſanctis quadraginta militibus martyribus. Cap. lxxij.

Quadragita milites ex tēporali tyrocinio ad xp̄i militiam tranſierunt. Qui omnes rome via lauicana ſub imparore galieno pro confeſſione fidei decollati coronas martyrij a dn̄o p̄cipere meruerunt idibus ianuarij: vt dicit ado.

¶ De ſancto Felice preſbytero ⁊ martyre in pincis. Cap. lxxiij.

Felix p̄ſbyter ⁊ martyr pronomine dicit̄ i pincis a ſubulis quib⁹ paſſus perhibet̄. nā pinca dicitur ſubula: nam cum magiſter puerorum extiterit: ⁊ eis nimiū rigidus fuerit: tentus a paganis cum chriſtū libere confiteret̄: traditus eſt in man⁹ puerorū: quos ipſe docuerat in eccleſia: quem ipſi cum ſtilis et ſubulis occiderunt. Qui paſſus eſt rome .xix. kalendas februarij.

¶ De ſctō Felice p̄ſbytero ⁊ mar. Cap. lxxiiij.

Felix pſbyter ꝛ martyr germanus immediate infra poſiti felicis pſbyteri ꝛ cōfeſſoris tēporibus diocletiani et maximiani martyriū paſſus eſt rome iuxta portā pincinā: vbi ꝛ requieſcit in loco qui dͬ in pincis: ꝛ ex hoc ꝓnoīe in pincis dicit̄. Hic ſenioꝛ altero fratre a prefecto vrbis draco derētus ductus eſt ad templū ſerapis: vt ſacrificaret. Et cū inſufflaret in ſimulachꝛū: ſtatim in puluerē redactū eſt. Alia die ductus eſt ad tēplū mercurij: ꝛ de hoc fecit ſimilr̄. Iterūq; ductus ad templū diane pari modo idolū deſtruxit. Tunc vna cū fratre carceri mācipat̄: deīde in equuleo leuat̄: ꝛ qͣb⁹ hoc feciſſet maleficijs īterrogat̄: qui cū diceret hec nō diaboli maleficijs: ſed xp̄i beneficijs facta fuiſſe: ductus eſt ad dictū locū ſcd̄o miliario ab vrbe ad phanum quod ibidē erat: qui facta oꝛone exufflauit in arboꝛē ingentiſſimā: q̄ ſtatim radicit⁹ exuulſa: ꝛ templū cui erat cōiuncta euerſum eſt: atq; ſimulachꝛū cōminutum. Quod prefect⁹ audiens iuſſit eum ibidē decollari: ꝛ coꝛpus eius inhumatū lupis ꝛ canibus derelinqui. Quod tamē xp̄iani nocte in foueā quā arboꝛ euulſa dimiſerat ſepelierūt. xix. kalen. februarij. Et cum gentiles die ſequenti coꝛpus effodere vellent: quicunq; manum ad hoc mittebat: a diabolo obſidebatur: vbi proceſſu tempoꝛis eccl'ia eius nomini dedicata eſt.

De ſancto Felice preſbytero. Cap. lxxv.

Felix pſbyter ꝛ confeſſoꝛ īmediate ſupꝛapoſiti felicis preſbyteri ꝛ martyris frater fuit. Qui cum a prefecto draco p̄dicto tentus eſſet: eūq; ad templa deoꝝ ſacrificaturuꝫ ducere vellēt: cōminatus eſt eis ꝙ ſi eū ad idola ſua ducerēt: hoc illis eueniret quod et alijs: ad que fratrē ſuū duxerāt: q̄ oīa deſtructa erāt. Quē prefectus fuſtib⁹ ceſum: iuſſit in exilium depoꝛtari in montē cerceiū: vt ibidem lapides excideret: vbi filiā probi cuiuſdā tribuni a demonio obſeſſam liberauit. Et cuꝫ eidē tribuno nūciatū eſſet ꝙ vxoꝛ ei⁹ in vrbe nolana: cui⁹ ipe ciuis erat hydropiſim incurriſſet: felix eidē miſit oleū bn̄dictū: quo p̄ūcta ſanata eſt: ſicq; tribunū cōuertit ad dn̄m. Sed dū ꝯſularis audiſſet ꝓbū xp̄ianū effectū: miſit q̄ eū caperēt: qui oēs man⁹ dolere ceperūt. At dū ſuaſu ſcti felicis xp̄m cōfitent̄: a doloꝛe ꝯtinuo liberant̄. Et ſic oēs baptizati ſūt. Expleto ꝯo tribunat⁹ tpe felix cū tribuno venit nolā ad quē pōtifex idoloꝝ accedēs: dixit ei ꝙ deus ſuus fugerat: aſſerens ꝙ felicē venientē timebat: quē ſctūs ꝯuertit ꝛ baptizauit. Quidā ex ei⁹ hoꝛto olera nocte rape cupiētes: dū vāgas ibidē repperiſſent: tota nocte in hoꝛto luna lucēte laboꝛabāt: ꝛ ſe furtū facere putabāt. Mane aūt a ſctō inuēti ꝛ ſalutati petītū ſuū cōfitētes ad ꝓpꝛia redierunt. Et cū quidā apollinē adoꝛarēt: eo ꝙ illum diuinū aſſerent: ꝛ felix dn̄icā oꝛonē pugno clauſam teneret: dicebat eis: ꝙ ſi apollo q̄d in manu habe ret ſciret edicere: parat⁹ erat ꝛ ipe eū adoꝛare. Quo nihil r̄ndente: imo nec r̄ndere valēte: gentiles cōuerſi ſunt. Tandē poſt annos. xij. dn̄ico die miſſa celebꝛata ꝛ populo data pace in pauimento ſe in oꝛonē proijciēs migrauit ad dn̄m. Et in eadē ciuitate tumulatus quieſcit.

De ſctō Michea ꝓpheta pꝛimo. Cap. lxxvi.

Micheas ꝓpheta filius hiemla: inter ſctōs teſtamēti veteris merito cōputat̄: eo ꝙ Achab regi iſrl' ꝛ ioſaphath regi iude volētib⁹ ire ī ramoth galaad ad eā obtinendā. Inter ſe re q̄dringētos falſos ꝓphas: ſol⁹ ꝟitatē p̄dicere p̄ſumpſit: vt ſcribit̄. iij. Reg. vlt. ꝛ. ij. paral. xviij. Nam cūctis ꝓphetis vno oꝛe regi achab predicētib⁹: ꝙ ramoth obtineret: micheas ſol⁹ vaticinat⁹ eſt iſrl' diſꝑgendū: ꝛ achab in pꝛelio occidendū. Et ſubiūgēs viſionē et cauſam q̄re oēs aliū ꝓphete bona p̄dicabāt: dicit ꝙ hoc dn̄s deus falſo ꝓmiſerat ſpū ſuggerēte ſe mendacē futurū in oꝛe oīm ꝓphetarū vt ſic achab deciperet̄: ꝛ vadēs ad p̄liū occideret̄. Propter quod a ſedechia vno ex falſis ꝓphetis micheas in maxilla ꝑcuſſus eſt. Quā rex achab carceri mancipauit ſuandū vſq; ad reditū ſuū. Qui a iorā filio achab ꝛ regni ſucceſſoꝛe moꝛtuo p̄re: ꝙ mala parēti ꝓut ſibi euenerāt p̄nūciaſſet: p̄cipitio valde poꝛrecto iactat⁹ occubuit. Hui⁹ michee ꝛ ſi dies martyrij ſit eſt ignota: hoc tn̄ loco ponit̄ ꝓpter aliū micheā ſequentē: quē eundē cū iſto plurimi putāt: qd̄ tn̄ ſtare nō poteſt. Nā hic ſamarites ille moraſtites fuit: hic tpe ioſaphath regis iude ꝓphetauit: ꝛ ſub iorā filio achab vt dictū eſt: interfectus fuit: ille tpe ioathā regis iude vaticinari cepit annis pluſq̄ centū: ab obitu ioathā euolutis. Hui⁹ nulla ꝓphetia ſcripta legit̄: illius liber vaticinij reperitur.

De ſctō Michea ꝓpheta ſcd̄o. Cap. lxxvij.

Micheas ꝓpheta ſcd̄s de ciuitate moraſte: q̄ eſt in tribu effraim tpib⁹ ioathā achaꝫ ꝛ ezechie regū iuda prophetauit: vt ipe eiuſdē textus indicat. Cui⁹ ꝓphetia inuehit̄ cōtra ſamariam que reges iſrael ꝛ iuda ſimulacrū ſupſtitiōe fefellerat: īcrepās dn̄s indignationē ſuā in eā ꝓceſſurā: cōminat̄ etiā pp̄lo iſrael p̄uaricatoꝛi ꝛ p̄ncipib⁹ ei⁹: q̄ eūdē pp̄lꝫ falſa ſuaſiōe ad idola colēda cōpulerat: ꝛ verbis inſeq̄ntib⁹ captiuitatem ꝛ interitū affuturū nūciauit. Hic decem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN